



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

R. 3 $\frac{6}{1}$

R. 2 3^a

R. G.K. 126?

T. R. 5

= T. Text. $\frac{45}{1}$

= T. Bill. $\frac{130}{1}$ 350

**NOVUM TESTAMENTUM
GRAECE.**

AD ANTIQUISSIMOS TESTES DENUO RECENSUIT

APPARATUM CRITICUM OMNI STUDIO PERFECTUM

APPOSUIT

COMMENTATIONEM ISAGOGICAM

PRÆTEXUIT

CONSTANTINUS TISCHENDORF.

EDITIO OCTAVA CRITICA MAIOR.

VOLUMEN I.

LIPSIAE

GIESECKE & DEVRIENT.

1869.

R. 2. 5.



Postquam anno 1864 novae huius editionis initium factum est, nunc demum quinquennio post contigit ut quatuor evangelia absolverem. Quae tarditas non tantum ab operis ambitu ac difficultate excusationem habere videtur, sed etiam duas causas alias habuit. Quum enim intra hos quinque annos plura itinera bibliothecas obeundi causa faciunda vel potius repetenda erant, in Angliam, Parisios, Romam et Neapolin, Petropolin et Mosquam, tum plures libri, quos maturare debebam, edendi curam posebant, ut duo Monumentorum sacrorum ineditorum volumina, Novum Testamentum Vaticanum cum Appendice, Appendix codicum celeberrimorum Sinaitici Vaticani Alexandrini, Apocalypses apocryphae maximam partem nunc primum editae, Philonea, inedita altera, altera nunc demum recte ex vetere scriptura eruta, volumen millesimum collectionis scriptorum Britannicorum Tauchnitianae, quod inscribitur: *The New Testament: the authorised English version; with introduction and various readings from the three most celebrated Mss. of the original Greek text, brevis illa evangeliorum defensio quam inscripsi: Wann wurden unsere Evangelien verfasst, quater edita, ter conscripta, quarta Veteris Testamenti secundum LXX interpretes editio, alia.* Quae intermissiones etsi fieri vix potuerunt quin ab operis aequalitate passim discederetur, tamen, id quod vehementer gaudeo, ad apparatus criticum multis modis locupletandum valuerunt. Vaticanus quidem codex, ut id inprimis dicam, longe alia atque Angeli Maii studia flagitabat ut rationi criticae satisfaceret. Aegre vero

a *



Postquam anno 1864 novae huius editionis initium factum est, nunc demum quinquennio post contigit ut quatuor evangelia absolverem. Quae tarditas non tantum ab operis ambitu ac difficultate excusationem habere videtur, sed etiam duas causas alias habuit. Quum enim intra hos quinque annos plura itinera bibliothecas obeundi causa faciunda vel potius repetenda erant, in Angliam, Parisios, Romam et Neapolin, Petropolin et Mosquam, tum plures libri, quos maturare debebam, edendi curam poscebant, ut duo Monumentorum sacrorum ineditorum volumina, Novum Testamentum Vaticanum cum Appendice, Appendix codicum celeberrimorum Sinaitici Vaticani Alexandrini, Apocalypses apocryphae maximam partem nunc primum editae, Philonea, inedita altera, altera nunc demum recte ex vetere scriptura eruta, volumen millesimum collectionis scriptorum Britannicorum Tauchnitianae, quod inscribitur: *The New Testament: the authorised English version; with introduction and various readings from the three most celebrated Mss. of the original Greek text, brevis illa evangeliorum defensio quam inscripsi: Wann wurden unsere Evangelien verfasst, quater edita, ter conscripta, quarta Veteris Testamenti secundum LXX interpretes editio, alia.* Quae intermissiones etsi fieri vix potuerunt quin ab operis aequalitate passim discederetur, tamen, id quod vehementer gaudeo, ad apparatus criticum multis modis locupletandum valuerunt. Vaticanus quidem codex, ut id inprimis dicam, longe alia atque Angeli Maii studia flagitabat ut rationi criticae satisfaceret. Aegre vero

illud fero, quod non statim ab initio evangelii secundum Matthaeum eadem apparatus copia adornandum duxi qua opere paullum progrediente usus sum.

Quum autem constet duabus potissimum rebus editionis librorum Novi Testamenti virtutem contineri, apparatus quem vocant critico et arte qua scriptorum sacrorum verba constituuntur, de utraque breviter dicendum erit. Et apparatus quidem non ex editione critica maiore septima, quae ineunte anno 1859 prodiit, additis passim quae vel auferent vel corrigerent in hanc transferre satis habuimus, sed de integro totus repetitis studiis confectus est. Quicquid enim testimoniorum afferendum erat, vel ex Graecis codicibus vel ex interpretibus vel ex scriptoribus antiquis, opera data est ut accuratius quam ante a quopiam factum esset perscriberetur. Illud quidem vitium omnium editionum antiquiorum, Wetstenii, Griesbachii, Schulzii, Scholzii, ex quo auctoritates non adponebantur nisi lectionibus a vulgato quem vocant textu diversis, iam editione illa septima correximus; sed praeter cetera interpretum et scriptorum adnotatio laborabat. Quae res cum eo cohaeret quod parum perspectum erat, in vera indaganda apostolorum scriptura quanta auctoritas esset antiquissimorum interpretum, inter quos Latini Syri Copti primum locum tenent. Sed de hac similibusque rebus accuratius dicemus in Prolegomenis. In praesens satis videtur ut indicetur breviter, tum qui codices quos unciales vocamus ex anno 1859 ad apparatus criticum accesserint, tum quos labores circa principales auctoritates, ut confidenter adhiberi possent, in me suscepim.

Accesserunt igitur ad codices unciales iam septimae editioni adhibitos in evangeliiis hi 18¹: *N (accessit longe maior horum fragmentorum pars; folia enim 12 aliis 33 aucta sunt) (of: hymni ex psalterio Abrahami de Noroff) (R: ac-

¹ De omnibus his codicibus accuratiora vide infra.

cesserunt exiguae quae ante latuerant fragmentorum partes) Γ (accessit Lc 22, 20 — 23, 20) $\Gamma^b \Gamma^c \Gamma^d w^b w^d (w^e) \Gamma$ (accesserunt maiores evangeliorum Matthaei et Iohannis partes) $\Theta^b \Theta^c \Theta^d \Theta^e \Theta^f \Theta^g \Theta^h \Xi \Pi$. Sequentur ad actus κG (2, 44 — 3, 8, saec. VII), P (saec. VIII vel IX, actus fere integros continet): ad epistulas catholicas $\ast P$ (fere integras habet): ad epistulas Pauli H (ad folia 14 accedunt alia 7 ex 2 Cor. 4; Col. 3; 1 Thess. 2 et 4; Heb. 1 et 10) N (saec. VIII vel IX. ex Gal. et Heb.) O (saec. VI. ex 1 Cor.) P (ep. fere integrae) Q (fragmenta papyracea saeculi fere V. ex 1 Cor.) R (saec. VI. fragmenta capituli 4. epistulae ad Eph.): ad apocalypsin $\ast P$ (fere integra). Iam edidimus ex totius Novi Testamenti codicibus μBC item $F^A I$. Ex evangeliorum codicibus $I^b L N$ (folia Lond. Vat. Vind.) $O^A P Q R W^A W^C Y \Theta^A$. Item praeparavimus ad edendum $T^b T^c T^d w^b \Theta^b e^d o^f g^h$. Totos transscripsimus M et Π . Accurate cum editis ipsi contulimus $E G H K O S U X$, item ΓA . Reliquos (plerosque iam ante editos) ipsi examinavimus praeter Z Matthaeum Dublinensem omnes. Ex reliquis autem Novi Testamenti partibus edidimus D Claramontanum epistularum Pauli, M fragmenta ep. Pauli P actus, epistulas, apocalypsin, B apocalypsin Basilianam Vaticanam; ad edendum ex apographis nostris destinavimus E actuum, G actuum, H ep. Pauli, NOQ . Praeter H actuum, K epistularum, L actuum et epistularum, nuper etiam E Sangermanensem epistularum Pauli Petropoli accuratius investigavimus.

Iam ex his satis apparebit quantum proximis his decem et quod excedit annis apparatus criticus, imperfectae conlationis vitiis in editionibus Wetstenii Griesbachii Scholzii, etiam Lachmanni, refertus, et copia profecerit et fide. Cepit vero etiam alia incrementa quum ex codicibus minusculis tum maxime ex versionibus et patribus: quae quidem qui editionum criticarum usum habent libro vel perlustrando facile animadvertent. Ita testimonia codicum Latinorum, et

Italae et Vulgatae rationis, plenius quam ante a quopiam adlata sunt; tamen nondum ab initio operis editio l codicis Vratislaviensis in promptu erat, nec magis codex Fuldensis; item ad alteram certe evangeliorum partem evangeliarium Hierosolymitanum ex editione Veronensi haurire licebat; Armenam versionem non tantum ex eis quae Griesbachius manu sua margini editionis Wetstenianae adscripsit, sed etiam ex conlatione a Carolo Rieu in usum Tregellesii instituta sumpsimus; Aethiopicas vero lectiones auxerunt curae Thomae Pell Platt.¹ De patribus vero Graecis praeter ceteros Irenaeus, Clemens, Origenes, Hippolytus, Eusebius, Basilius, Epiphanius, Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus indefesso studio consulti sunt, de Latinis Tertullianus, Cyprianus, Lucifer, alii. Quemadmodum autem haec duo testimoniorum genera multo diligentius quam antea ad apparatus criticum adhibita sunt, ita longe maiorem quam usu venit in restituenda antiquissima scriptura apud nos nacta sunt auctoritatem. Quod non sine idonea causa factum est. Satis enim plurimis exemplis perspectum est, antiquissimos interpretes cum antiquissimis Graecis codicibus nostris ita consentire, ut ex eisdem vel simillimis fontibus hausisse censendi sint. Qua in re nihil gravius est mira illa necessitudine quae inter Sinaiticum codicem et Italos testes intercedit, haud raro consensione Syri Nitriensis Curetoniani aucta. Neque enim pauca quae vel Sinaiticum vel Palatinum (Italorum e), ut hunc praeter Italos ceteros afferam, per singularem licentiam tueri suspicabare, altero ad alterum accedente ex antiquiore utrumque fonte Graeco habere probatum est.

Circumspectis autem omnibus unde historia textus quem vocant sacri percipi potest duae inprimis res ad liquidum

¹ Arabicas et Slavonicas lectiones plerasque pro ambiguitate qua laborant et exiguo quod habent pretio ab apparatu arcere maluimus.

perductae sunt. Ut enim dubitari nequit quin ipsis primis rei Christianae temporibus a sincera apostolorum scriptura multifariam discessum sit, qua quidem in re nihil improbitatis aut doli suberat, ita prudenter ac scite adhibitis antiquissimis quibus etiamnum gaudemus testibus ea librorum apostolicorum ratio, quae secundo saeculo vel maxime in usu erat, plerumque probabiliter restitui potest. Quam quidem rationem ad ipsam scripturae sacrae integritatem multo propius accedere quam libros eos qui post quintum fere saeculum per ecclesiam Byzantinam circumferebantur moxque tantum non soli propagabantur, omnes data opera intellecturos puto, nisi qui aut falsa ducti pietate consuetudinem a veritate distinguere dediderunt, aut eis quae Griesbachius Hugius Scholzius alii de recensionibus librorum Novi Testamenti commenti sunt etiamnum capti tenentur. Quorum utriusque ut ad veriore sententiam, ad iustiore de re critica existimationem adducantur, in Prolegomenis, quae tertium huius editionis volumen efficient, quicquid huc valet explicate et subtiliter pertractare in animo est. Nunc quidem ad eos attendi velim locos, quibus ad exiguam auctoritatem Graecam, exiguam dico testium numero, maximam vero pondere, accedente plerumque ex Italis testimonio, scripturam apostolicam conformavimus. Hoc enim saepe ita factum est ut insignis accederet probabilitatis commendatio. Neque tamen obliviscendum est, in maximo errore illos versari qui arbitrium suum anteponant auctoritati testium, non numero sed antiquitate aestimandae illi quidem, ipsos vero antiquissimos testes nostros, pro Alexandrinorum calligraphorum de sermone Graeco ignoratione, non tam suae sequi aetatis consuetudinem, quam longe antiquiora exempla fideliter quamvis vitiose repetere.

Ipsi quidem, ut repetamus quod nuper alibi diximus — in conlatione critica codicis Sinaitici etc. pag. XIII. —, dum Sinaiticum Vaticanum similesque Graecos alios paucos, con-

sensione plerumque nonnullorum interpretum veterrimorum, imprimis Latinorum auctos, passim etiam patrum testimonio, tantum non solos ad restituendam evangelistarum et apostolorum scripturam adhibendos censemus, posthabito ingenti numero codicum posteriorum quamvis mirifice congruentium, magnopere Richardi Bentleji suffragio delectamur. Ille enim, cuius vestigiis etiam Carolus Lachmannus insistebat, quum ante hos centum et quinquaginta annos emendandis vel potius restituendis scriptorum sacrorum verbis incumbere, eandem fere cum nobis viam ingrediendam iudicavit. Quo in negotio postquam Bentlejus, quem rursus Lachmannus sequutus est, ea ratione acquiescendum censuit quae tempore concilii Nicaeni per ecclesiam legi solebat, felicissime providente deo evenit ut nobis ad Irenaei certe tempora redire liceat.

Scribam Lipsiae die discessus Christi ad caelos a.
1869.

NOTANTUR INTERIM

QUAE APPARATUM CRITICUM EVANGELIORUM ADHIBITURIS INPRIMIS NECESSARIA VIDENTUR.

- * codex Sinaiticus Petropolitanus saeculi IV. medii. Totum Novum Testamentum continet integrum. \aleph^a aetate vix differt ab ipso scriptore; eiusdem certe saeculi quarti est quicquid lectionum nota \aleph^a insignivimus. \aleph^b saeculi fere VI. habendus est. Praeter Matthaeum, cuius primas paginas curiosius tractavit, paucos tantum locos attigit. \aleph^c ineuntis fere saeculi VII. est, neque longo intervallo a \aleph^ca (qui \aleph^c nobis dicitur nisi ubi ab eo \aleph^b discedit) distat \aleph^cb . Edidi totum codicem quattuor voll. splendidissimis anno 1862; item Novum Testamentum Sinaiticum in communem usum anno insequenti. Cuius exemplis omnibus eodem anno exhaustis sequutum est auctumno anni 1864 (in titulo est 1865) Novum Testamentum Graece ex Sinaitico codice antiquissimo, Vaticana itemque Elzeviriana lectione notata.*
- A codex Alexandrinus Musei Britannici saeculi V. eiusque fere exeuntis. Hiat in evangelii ab initio evangelii secundum Matthaeum usque 25, 6 *Βιβλος - ο νυμμιος*, item Ioh. 6, 50 usque 8, 52 *ινα - λεγει*. Edidit splendide C. G. Woide 1786. Quam editionem passim emendatam in usum vulgarem repetiit B. H. Cowper 1860.
- B codex Vaticanus num. 1209. saeculi IV. Vix differt aetate a codice Sinaitico. Evangelia continet integra; deficit vero inde ab ep. ad Hebr. 9, 14, deperditis quattuor Pauli epistulis (1 et 2 ad Tim., ad Titum, ad Philemonem) et apocalypsi. Errores editionum Angeli Maii (Romae 1857 et 1859**) plus 400 cor-

* Huic editioni accessit mense Maio huius anni Supplementum, quod inprimis ad lectiones Vaticanas pertinet.

** Maius quae erraverat tantum non omnia etiam ad editiones transiere ad exemplum Maii conformatas. Inter has nulla peior est

reximus Novo Testamento Vaticano, quod anno 1867 edidimus. Quam editionem excepit medio anno 1868 Novum Testamentum Romae typis meis Sinaiticis exscriptum. Ediderunt adhibitisschedis meis anni 1866 Carolus Vercellone et Iosephus Cozza. Quo volumine (editionis totius codicis parte quinta) excusso foras dedimus ineunte anno 1869 Appendicem Novi Testamenti Vaticani, notatis tum quae nostram supplerent editionem, tum quae corrigerent Romanam.* ^b a ^b aetate vix differt, ^b 6 vel 7 saeculis.

- c codex Ephraemi Syri rescriptus Parisiensis saeculi V. fere medii. ^c saeculi VI. videtur, ^c saeculi IX. Edidimus ad similitudinem codicis quicquid librorum Novi Testamenti continet anno 1843. Evangeliorum fragmenta haec continet: Mt I, 1—V, 15. VII, 5—XVII 26. XVIII, 28—XXII, 20. XXIII, 17—XXIV, 10. XXIV, 45—XXV, 30. XXVI, 22—XXVII, 11. 47—XXVIII, 14. Mc I, 17—VI, 31. VIII, 5—XII, 29. XIII, 19 usque finem. Lc I, 1—II, 5. II, 42—III, 21. IV, 25—VI, 4. VI, 37—VII, 16. VIII, 28—XII, 3. XIX, 42—XX, 27. XXI, 21—XXII, 19. XXIII, 25—XXIV, 7. XXIV, 46 usque finem. Ioh I, 1—41. III, 33—V, 16. VI, 38—VII, 3. VIII, 34—IX, 11. XI, 8—46. XIII, 8—XIV, 7. XVI, 21—XVIII, 36. XX, 26 usque finem. Passim vero de his nonnihil periit, ut primi versus cuiusvis libri minio scripti.
- d codex Bezae Cantabrigiensis Graecus et Latinus stichometrice scriptus, saeculi fere VI. medii. Mutilus est Mt I, 1—20. VI, 20—IX, 2. XXVII, 2—12. Ioh 1, 16—3, 26. Suppleta sunt post X. fere saec. (^d ^{suppl} vel ^{suppl}) Mt 3, 7—16. (Latine 2, 20—3, 8 suppleta IX. fere saec.) Mc 16, 15 usque finem. (Latine 16, 6 usque finem suppleta ut ante) Ioh 18, 14—20, 13. (Latine 18, 2—20, 1. suppleta ut ante.) Videntur autem supplementa Graeca (non item Latina) ex ipsis antiquissimis foliis fluxisse, inprimis quae ad Iohannis evglum pertinent.
- e codex Basileensis K IV. 35. Saeculi videtur VIII. medii. Evangelia continet integra exceptis Lc 3, 4—15. 24, 47 usque finem. Praeterea tria folia minutis litteris suppleta sunt: Lc 1, 69—2, 4.

Londinensi (ex officina Teubneriana Lipsiensi), quae vitiiis innumeris vitiositatem auxit exempli Romani quod sequuta est.

* Quum fasciculi huius editionis I. et II. cum parte tertii (usque Mc 7, 22) praecessissent nostrum Vaticani codicis examen (vere anni 1866 institutum), his paginis quas evangelii praeponimus ea quae emendatione inprimis opus habebant emendata sunt. In Prolegg. vero omnia accurate indicabuntur.

- 12, 58—13, 12, 15, 5—20. Quibus supplementis et ipsis in commentario notam x dedimus.
- ^r codex Boreeli, nunc Rheno-Traiectinus saeculi IX. Accuratam fragmentorum quae supersunt conlationem anno 1843 H. E. Vinke edidit. Incipit Mt 9, 1 (sed 7, 6—8, 34 Wetstenii tempore nondum avulsa erant); exit Ioh 13, 34. Desunt praeterea de omnibus quattuor evv. plura quorum nonnihil Wetstenii tempore nondum desiderabatur (hinc passim apud nos est ^{r^w} vel ^{r^wlat}).
- ^{ra} codex Coislinianus Parisiensis. Sunt scholia nonnulla in margine codicis Coisl. I., qui Octateuchum cum Regum libris continet, a me inventa. Saeculi videntur ineuntis VII.
- ^g codex Andr. Seidelii, nunc Harlejanus 5684 Musei Britannici. Saeculi est IX vel X. Continet evangelia, sed locis multis mutilus est. Incipit Mt 6, 6. Quae in Mt Mc Lc Ioh recentior manus litteris minusculis supplevit, ^{g^{sup}} diximus.
- ^h codex Andr. Seidelii, nunc Hamburgensis bibliothecae publicae. Eiusdem cum codice ^g aetatis et rationis est. Incipit Mt 15, 30 ac passim per 4 evv. deficit.
- ⁱ codex palimpsestus Petropolitanus, septem Novi Testamenti codicum reliquias continens. Saeculi V. sunt quae ex Ioh capp. 11. 12. 15. 16. 19. ex Mt 14. 24. 25. 26. ex Mc 9. 14. supersunt. Sexti videntur quae Mt 17—19. Lc 18. Ioh 4. 5. 20. rursusque Lc 7. 24. spectant.
- ^{ib} Musei Britannici num. 17,136. Fragmenta palimpsesta ex Ioh capp. 13 et 16. Saeculi certe V. Edidi in Monum. Nov. Coll. vol. II. rursusque nuper exegi edita ad ipsum codicem (In ed. VII. dixeram ^{nb}.)
- ^x codex Cyprius Parisiensis num. 63. Quattuor evv. integra continet. Saeculi IX.
- ^l Parisiensis num. 62. Evv. integra continet praeter Mt 4, 22—5, 14. 28, 17 usque finem. Mc 10, 16—30. 15, 2—20. Ioh 21, 15 usque finem. Saeculi VIII. Edidi 1846 in Monumentis sacr. ined.
- ^m Parisiensis num. 48 (olim Francisci des Camps). Post medium saec. IX exaratum puto. Totum descripsi 1841.
- ^x sunt evangeliorum fragmenta in membranis purpureis argento auroque scripta. Folia 4 Londini (ex Mt et Ioh), 2 Vindobonae (ex Lc), 6 Romae (ex Mt), 33 in Patmo insula (ex Mc) adservantur. Saeculi VI. videntur. Edidi in Monumentis 1846 praeter Patmia nuper ab Ioh. Sakkelione inventa, quae Mon. novae collectionis volumine IX. sequuntur.
- ^o fragmenta Mosquensia ex Ioh capp. 1 et 20. saeculi IX. Edidit Matthaeius 1785 et ipse nuper ex codice descripsi.
- ^{oa ob oc od oe of}: his notis insignivimus hymnos Mariae, Zacha-

- riae, Simeonis, Lc 1, 46—55. 68—79. 2, 29—32. in psalteriis inventos. o^a est Guelferbytanus, o^b Bodleianus, o^c Veronensis, o^d Turicensis, o^e Sangallensis, o^f Mosquensis. Noni saeculi videntur o^a o^b o^c o^f, sexti o^c, septimi o^d.
- p codex Guelferbytanus palimpsestus saec. VI. Continet fragmenta ex Mt Mc Lc Ioh. Post imperfectissimum Knittelii laborem nuper edidi in Monumentorum vol. VI.
- q codex Guelferbytanus palimpsestus saec. V. Sunt fragmenta Lucae et Iohannis. Post Knittelium (vide ad p) edidi 1860 in Monumentorum vol. III.
- r codex palimps. Nitriensis Musei Britannici. Sunt reliquiae evangelii sec. Lucam sexto fere saeculo scripti. Edidi 1857 in Monumentor. vol. II. Quae quum nuper ad ipsam veterem scripturam denuo exigere, nonnulla cum Tregellesio corrigenda esse vidi, alia invito Treg. confirmata sunt. Accessit vero etiam studio Guilielmi Wright nonnihil fragmentorum (ex capp. VI. VII. VIII.) quod antea nondum ex foliis Syriacis protractum erat.
- s codex Vaticanus num. 354. scriptus anno 949. Evv. quattuor integra habet. Birchii conlationem ipse nuper multis locis auxi et correxi.*
- t codex Borgianus I. collegii Romani pro propaganda fide. Sunt fragmenta Iohannis Graeca, quae versionem Sahidicam adiectam habent. Edidit Georgius Romae 1789: 6, 28—67. 7, 6—8, 31. Sed accuratius Monumentor. vol. IX. ipse dabo. Folium quod exceperit Georgiana (usque 8, 42) non innotuit nisi ex conlatione Woidii, in qua etiam Lc 12, 15—13, 32 inventum est, unde apud nos τ^ωτ dicitur. Praeterea nuper aliam partem eiusdem codicis, unde Georgius sua hausit, ipsi Romae descripsimus, quam Bradley H. Alford Cantabrigiensis primus animadverterat et in usum clarissimi fratris Henrici contulerat. Sunt autem ista, quemadmodum apud Tregellesium exhibentur, et manca et vitiosa. Ipsi in commentariis apographum nostrum sequuti sumus, quod propediem in lucem prodibit.
- t^b fragmenta sunt Petropolitana evangelii secundum Iohannem ex capp. 1. 2. 4. Et scriptura et indole ad similitudinem fragmentorum Borgianorum accedunt, etsi non ante saec. VI. scripta videntur. Idem in ea fragmenta evglia sec. Mt (ex capp. 14 et 15) quadrat quibus notam τ^c dedimus. Ex collectionibus hausimus episcopi Porphyrii. τ^d vero significat reliquias evangelistarii Graeci Sahidici quas ipsi demum ex Borgianis membranis anno 1866 eruimus, saeculi fere VII. Insunt Ioh 19, 23—27. 20, 30—31. Item, quae partim ad commentarios nondum adhibita sunt

* Hinc nonnihil supplementorum ad Mt et Mc dabimus. Vide supra.

- sed infra excerpentur, Mt 16, 13—20. Mc 1. 3—8. 12, 35—37. Prohibunt brevi in Monumentis τ^b τ^c τ^d .
- τ codex est olim Nanianus, nunc Venetus Marcianus. Evangelia quattuor integra saeculi IX. exeuntis vel X.
- ν codex Mosquensis saeculi IX. Evangelia quattuor continet usque ad Ioh. 7, 39. Reliqua saeculo XIII. suppleta. Praeterea perierunt Mt 5, 44—6, 12 et 9, 18—10. 1.
- w^a fragmenta sunt Parisiensia evangelii sec. Lucam, capitum 9 et 10, addita codici 314, saeculi fere VIII. Edidi in Monumentis anno 1846.
- w^b codex palimpsestus Neapolitanus saeculi VIII vel IX. Legi anno 1866 quicquid fragmentorum Matthaei (ex capp. 19. 20. 21. 26), Marci (13, 21—14, 67), Lucae (3, 1—4, 20) superest.
- w^c tria folia sunt Sangallensia saeculi noni. Insunt Mc 2, 8—16. Lc 1, 20—32. 64—79. Edidi quae legere potueram anno 1860 in Monumentorum volumine III.
- w^d sunt fragmenta trium capitum (7. 8. 9.) evangelii sec. Marcum saeculo fere IX scripta, in collegio S. Trinitatis Cantabrig. a viro clarissimo Bradshaw detecta.*
- w^e sunt fragmenta pauca capitis IV. evangelii secundum Iohannem (4. 9—14), quae anno 1865, quum Oxonii versabar, ex libris collegii ad aedem Christi primus protraxit doctissimus socius eius collegii Kitchin. Sunt autem forma simillima cum fragmentis eiusdem evangelii Mosquensibus (ω): et ipsa enim commentarii in evangelium Iohannis partem efficiebant. Hunc ad commentarium (non ad capita Ammonii) spectant numeri $\lambda\delta'$ - $\lambda\delta''$ singulis versibus (9—14) praepositi.**
- x codex bibliothecae universitatis Monacensis. Fragmenta sunt evangeliorum cum commentariis. Saeculi IX exeuntis vel X.
- y fragmenta evangelii sec. Ioh. (16, 3—19, 41), inter libros bibliothecae principalis Barberinae numero 225 notata. Videntur octavi saeculi. Edidi in Monumentis anno 1846.
- z codex palimpsestus Dublinensis collegii S. Trinitatis. Insunt plurima fragmenta evangelii sec. Matth. sexto fere saeculo scripta. Edidit Ioh. Barrett anno 1801. Nuper accesserunt studia virorum clarissimorum Todd et Tregelles.
- r codex quattuor evangeliorum ex oriente a me adlatus annis 1853 et 1859. Quae prius inveneram (Lucam totum et Marci pleraque cum fragmentis Matthaei et Iohannis), ad bibliothecam Bod-

* Nonnulla per incuriam in commentariis omissa infra supplementimus.

** Vide infra supplementa ad Ioh 4, 9—14.

leianam transiere, reliqua ad bibl. Imp. Petropolitanam. Pauca de Mt desunt (ex capp. 5. 6. 7. 21. 22), de Mc 3, 35—6, 20. Subscriptus est, si recte computatio indictionum facta est, annus Christi 844.

- ▲ codex Sangallensis cum versione Latina interlineari (δ). Quattuor evv. integra exceptis Ioh 19, 17—35. Edidit Rettig anno 1836.
- ⓐ codex Tischendorfianus I. bibl. univers. Lips. saeculi fere VII. Sunt fragmenta evangelii sec. Matthaeum (ex capp. 12. 13. 14. 15.) Edidi in Monumentis anno 1846, quae paucis suppleta sunt a. 1857 novae collectionis volumine II.
- ⓑ fragmenta Petropolitana evangeliorum sec. Mt (capp. 22. 23.) et sec. Mc (capp. 4. 5) saeculi VI vel VII.
- ⓒ fragmenta evangelii sec. Mt (21, 19—24) Petropolitana et evangelii sec. Ioh. (18, 29—35) Porphyriana. Utraque VI. saeculi videntur.
- ⓓ fragmenta pauca capitis XI. evangelii sec. Lucam Petropolitana, saeculi fere VIII.
- ⓔ cum fragmento ev. sec. Mt (26, 2 sqq.), ⓔ cum fragmentis evv. sec. Mt (capp. 26. 27) et sec. Mc (capp. 1 et 2), ⓔ cum fragmento ev. sec. Ioh (6, 13 sqq.) ex Porphyrii collectionibus accesserunt. Omnia tria eiusdem saeculi VI. videntur. Addenda sunt folia tria Graeca Arabica saeculi IX vel X, quae ad Matthaei capita 14 et 25 pertinent. Diximus ⓔ.
- Quae notis ⓐ ⓑ ⓓ ⓔ ⓕ ⓖ ⓗ insignivimus, Monumentorum volumini IX. destinata sunt, prodituro illi quidem ut speramus anno 1871.
- ▲ codex Oxoniensis a nobis anno 1853 in oriente detectus, noni potius quam octavi saeculi. Evv. Lucae et Iohannis continet integra.
- × sunt fragmenta evangelii Lucae palimpsesta saeculi fere VIII, ex Zacyntho insula in bibliothecam societatis biblicae Londinensis perlata. Edidit S. P. Tregelles 1861.
- π codex evangeliorum fere integer saeculi IX. Inventum Smyrnae Petropolin attuli a. 1859.

Accedunt nonnulla evangelistaria uncialibus litteris scripta. Ex his barb diximus Barberinum palimpsestum saeculi VIII., ven Venetum palimpsestum saeculi eiusdem. Utriusque fragmenta edita sunt in Monumentis meis, novae collectionis vol. I. Carpentoractense saeculi IX. diximus carp, de quo videnda sunt Anecdota mea sacr. et prof. pag. 151 sqq.

DE ANTIQUIS VERSIONIBUS.

Italae (factae in Africa saeculo secundo) codices sunt: a Ver-
cellensis saec. IV. b Veronensis saec. V. c Colbertinus saec. XI.
d Cantabrigiensis saec. VI. e Palatinus Vindobonensis saec. V.
f Brixianus saec. VI. ff¹. et ff². codices olim Corbejenses (ff¹.
nunc est Petropolitanus). g¹. et g². codices Sangermanenses
h Claromontanus nunc Vaticanus saec. V. i Vindobonensis V.
vel VI. saec. k Bobbiensis nunc Taurinensis saec. V. l Rhedi-
geranus Vratislaviensis saec. fere VII. m significat Speculi
quod Augustino adscribi solet lectiones (saec. fere VI.) n San-
gallensis saec. V. (o fragmentum Sangallense Mc 16, 14—20.
VII. fere saeculi, p fragmentum Sangallense Ioh 11, 14—44
saec. fere VIII.) q Monacensis VI. saeculi s Ambrosianus saec.
fere VI.

Nonnulli ex his partes tantum evangeliorum continent, ut i k m
n s; h per evangelium Matthaei tantum ratione itala utitur, per
reliqua tria, quae edita non sunt, vulgata. Nullus vero praeter
c codicem recentissimum ad nos integer pervenit. Editi sunt
a b f per Blanchinum, c per Sabatarium, d per Kiplingium et
Scrivenerum, ff¹. per Martianay et alios, h (evang. Matth. cum
lacunis) per Ang. Maium, i per Alterum (sed Blanchinus iam
ante Alterum contulerat, hinc i^{blan}), l per Fridericum Haase,
s per Cerianum*, e et k per me. Totos edendi caussa descripsi
n (o p) q. Conlati tantum sunt ff². (a Sabatario et Blanchino,
hinc est ff². sab, ff². blan) g¹. g². (uterque a Sabatario).

Vulgatae codices antiquissimi sunt am fu san for prag reg pe
fos; item gat harl ing mm mt taur tol. Accedunt lectionaria
flor gue lux mar mich.

aeth i. e. aethiopica ex edd. Rom. et polyglottis et P. Platt arm
i. e. armenica ex edd. Usani (1666) et Zohrabi (1789. 1805) cop
i. e. memphitica ex edd. Wilkinsii et Schwartzii sah i. e. sahidica
bas m i. e. basmurica (et sah et basm adhibuit Schwartzius, sed
sah etiam saepe ex Woidio et Müntero attulimus) syr^{ca} i. e.
syriaca Curetoni ex cod. Nitriensi saec. V. syr^{sch} i. e. syriaca
Peschitto ex ed. Schaafii syr^p i. e. syriaca posterior ex ed.
Iosephi White syr^{br} i. e. syriaca ex evangelario Hierosolymi-
tano go i. e. gothica ex ed. Loeb. et Gabelentz fr i. e. francaica
(ad evang. Matthaei) ex ed. Schmelleri sax i. e. anglosaxonica
(fluxit ex vulgata Latina propterea cum antiquioribus codi-
cibus eius componenda est) ex ed. Benjamini Thorpe. Raro tan-

* Idem fragmenta italae pauca ex vetere in Lucam commentario
edidit, quae amb^{rescr} apud nos dicta sunt.

tum adhibuimus arabicas lectiones (ar arr), persicas (pers p i. e. ex polyglottis, pers^{wh} i. e. ex ed. Wheloci), slavonicas (sl, sl^{1.2}. etc). Videntur autem syr^{eu} saeculi II. fere medii, syr^{sch} saec. II. exeuntis, syr^{hr} saec. V., syr^p annorum 508 et 616, aegyptiaci saec. III., arm aeth go saec. IV.

PATRUM nomina pleraque per se clara erunt. Sed in Prolegomenis quicquid patrum usum spectat, accuratissime illustrabitur. Naas¹⁰⁰ i. e. Naasseni in Philosoph. Hippol. ed. princ. Item alia similia. Marc^{tert} i. e. Marcion ap Tertull., Marc^{epiph} i. e. ap. Epiphan. Chr^{gus} i. e. Chrys. e cod. Guelf. saec. VI. Damp^{ar} cod i. e. Ioh. Damasceni parallela sacra ex cod. Rupefuc. saeculi fere 8. Eus^{mar}²⁹⁰ i. e. Eus. quaest. ad Marinum apud Mai. Nov. PP. Biblioth. vol. IV.

al i. e. alii aliq i. e. aliquot vel aliquoties c. et cum significant auctoritate. Ita Gb^o c. A i. e. Griesb. omitti vult auctoritate codicis A. mu i. e. multi pm, permu i. e. permulti pler i. e. plerique pauciss i. e. paucissimi et. (cum puncto) i. e. etiam evgg vel evgll i. e. evangelistaria rell i. e. reliqui 49^{ov} etc i. e. evglstar. nr. 49. etc. min i. e. minusculi mg i. e. margo unc i. e. unciales y^{scr} etc. sunt codd. a F. H. Scrivener conlati. 2^{pe} etc. sunt codd. Petropolitani ab Ed. de Muralt conlati. cat i. e. catena

ς i. e. ed. Elzev. anni 1624. unaque ed. Rob. Steph. 1550. Quae ubi differunt, ς est Rob. Steph., ς^o Elz.

Ln i. e. Lachmanni ed. mai. 1842. 1850. Ln mecum consentit si non nominatur.

Sz. i. e. Scholzii ed. 1830. 1836.

Ti i. e. ed. Tisch. anni 1859.

Gb i. e. Griesb. ed. evv. 1827 (cura Dav. Schulzii). Gb^o et Gb^{oo} significant omissionem Griesbachio probabilem et valde probabilem visam; item Gb' et Gb'' lectionem a Griesbachio commendatam et valde commendatam; Gb + aliquid a Griesbachio cum aliqua dubitatione in textum receptum. Schu: i. e. Dav. Schulz. in ed. evv. Griesb. 1827. Gb et Sz consentiunt cum ς, si non nominantur. ς (= Gb Sz) i. e. ς exceptis Gb Sz.

EMENDANDA ET ADDENDA.

Mt 1, 18 ad $\bar{\omega} \bar{\chi} \bar{\nu}$ et $\mu\nu\eta\sigma\tau\epsilon\upsilon\theta\epsilon\iota\sigma\eta\sigma$ locus Epiphaniae est⁴⁹⁰ sive haer^{51,5}. Idem confirmat $\gamma\epsilon\nu\nu\eta\sigma\iota\sigma$ et 1, 22 om $\omicron\lambda\omicron\nu$ confirmatque $\upsilon\pi\omicron$ sine $\tau\omicron\upsilon\upsilon$, spectat et ad 1, 24 et 25 1, 25 lege β^* om Mt 3, 1 cf Lc 3, 1 ubi initium evglia Ebionitarum notatum est. 3, 16 lin. 2

scribe c²d^{supp} pro d²c^{supp}. Locus Hipp est theoph⁵ (non³) 5, 13
 v^{corr} εεν δ. τ. αλα 5, 22 locus Cyrilli est zach¹⁰⁴, item ad vv. 27
 et 28. 5, 27. 31. 33. 38. 43. confirmat v* εορηθη, v³ εορηθη 5, 31
 lin 4 scribe praem οτι 5, 48 lin. 5 scribe ε ο εν τοις 6. 4. lin.
 penult post (e spatio) adde αν al pler. Lectionem η σου ελεημ.
 confirmat etiam Dampar⁴⁷⁸ rod (om vero etiam ut Δ η post -ρη), v
 vero η' σου η ελε. habet. 6, 31 v* habet αυτησ, v³ εαυτησ 8, 2 adde
 ε ante ελθων 8, 3 adde ε Ln ante εκαθαρισθ. 8, 6 κυριε om et.
 Hil⁶⁴¹ 8, 27 lin. 3 dele om 9, 5 v confirmat εγειρω (non -ρε)
 9, 30 lin. 2 lege c* pro c 10, 8 lin. 3 lege cop pro ap 10, 36 v*
 οικιακοι, v³ οικιακοι 11, 4 v* ιωαννε, v³ ιωανη 11, 5 lin. 1 dele Δ
 ante π; lin. 2 post Chrus⁶ adde Bas⁶¹⁹⁰ 11, 8 edendum erat
 (auctoritate codicis κ) in textu εξηληθετε; ανθρωπον ιδειν etc contra
 ε Ln Ti εξηληθ. ιδειν; ανθρωπον etc cum testibus rell (Or hunc
 locum non affert) :: cf ad 11, 9. 11, 9 v* scripturus erat ιδειν ante
 προφητ. sed se statim correxit 11, 23 v³ volebat η (pro μη) et
 υψωθεισα 12, 4 v³ προσδεσεωσ 12, 22 lin. 11 dele arm 12, 46
 v* ιστη. Item 13, 2. 13, 8 v* επεσεν εισ, sed ipse* substituit επ.
 επι 13, 24 v³vid ελαλησεν pro παρεθηκεν 13, 35 in textu scriben-
 dum erat δια ησαίου του προφητου. hoc ordine 13, 30 v* κατακ.
 ασιασ 13, 40 lin. 5 lege Or^{112, 870} 13, 43 lin. 1 ad d etc adde
 λαμψουσιν 14, 6—11 comparandus erat v³, sed is ubique cum
 ε facit, nisi quod v. 11 ante ηνεγκεν add το κορασιον pariter ac 299.
 al pauc b c f ff². g¹. h (non g². l q vg) v³rcu cop 14, 16 lin. 2 post
 επ adde al pler etc 16, 12 lin. 5 lege των αρτων 16, 21 lin. 4 lege
 Ir pro Irt et v. 22 lin. 7 lege al om pro al m o 16, 26 etiam v*
 αντιλαγμα 17, 7 lin. 1 post it pler adde vg 17, 11 ηλειασ, ε Ln Ti
 ηλειασ: ut ad 17, 10 18, 11 lin. 12 lege Lc 19, 10 18, 15 male v³art
 18, 19 v confirmat συμφωνησωσιν (non -σουσιν) 18, 35 lin. 7 post
 unc¹² adde al pler 19, 6 lin. 2 lege cf ad Mc 19, 14 lin. 6 post
 unc¹⁰ adde al omn^{vid} 21, 17 v* εισ βηθανια 21, 33 v* εξεδετε sic
 21, 43 v* om οτι 21, 44 lin. 3 lege συνθλασθησεται 22, 17 lin. 2
 lege Mc 13, 4 22, 10 etiam v* ουσ pro οσουσ (ita demum v³), ita ut
 ουσ in textum recipiendum videatur 22, 21 lin. 10 add finem adde
 om 22, 28 lin. 1. dele x 22, 30 lin. 13 dele l ante ra 22, 39 lin. 7
 pro unc¹¹ lege unc⁷ 22, 44 lin. 4 dele τ post ms 24, 15 lin. 5 post
 ε Gb Sz adde εστωσ 26, 10 etiam v* ηυκασατο 26, 14 v* αρχιτε-
 ρεισ 26, 41 textum interpunge sic: προσευχεσθε, ινα et ibidem
 pro 298 scribe 297, item ad v. 42 scribe 298 pro 299 26, 58 lege
 unc⁸ pro unc⁹ 26, 69 lin. 2 post π adde unc rell 27, 13 lin. 2
 scribendum: vide ad 27, 2 27, 35 lin. 13 ante ινα infer addit 27,
 49 lin. 22 verba και κατακεντ. in Barn⁷ om κ. Habet enim και
 εξουθενησμεν (ipse* suppl και) εμπτυσαντες pro vulgatis εξουθενη-
 σαντες και κατακεντησαντες και εμπαιξαντες 28, 15 etiam v* om τα.

Praeterea plerumque (tamen non ubique) pro ν^s scribendum est κ^s (nec Maius nec alius conlatorum quisquam viderat ν^s et ν^s distinguendos esse). Huius est $\mu\alpha\tau\theta\alpha\iota\omicron\nu$ in inscriptione evangelii et 9, 9 $\tau\epsilon\sigma\sigma\alpha\rho\alpha\kappa\omicron\nu\alpha$ 4, 2 $\nu\alpha\zeta\alpha\rho\epsilon\tau$ 4, 13 $\tau\iota$ 7, 14 $\pi\rho\epsilon\phi\eta\tau$. 7, 22 $\epsilon\kappa\alpha\delta\alpha\rho\iota\sigma\theta\eta$ 8, 3 $\epsilon\nu\epsilon\beta\rho\iota\mu\eta\sigma\alpha\tau\omicron$ 9, 30 etc. Aliquoties etiam nulla correctoris ν^s ratio habita est, quemadmodum 1, 8 sq $\omicron\zeta\iota\alpha\nu$ $\omicron\zeta\iota\alpha\sigma$ substituit 1, 10 sq $\iota\omega\sigma\iota\alpha\nu$ $\iota\omega\sigma\iota\alpha\sigma$ 1, 15 $\mu\alpha\tau\theta\alpha\nu$ 9, 36 $\epsilon\rho\rho\iota\mu\mu\epsilon\nu\omicron\iota$ etc. Quae omnia in Prolegg. indicabuntur.

Ex nostro codicis s examine ad apparatus evangelii sec. Mt haec accedunt: s 2, 9 et 10 $\epsilon\iota\delta\omicron\nu$ 2, 23 et 4, 13 $\nu\alpha\zeta\alpha\rho\epsilon\tau$ 3, 16. 4, 18 et 21 $\epsilon\iota\delta\epsilon\nu$ 5, 19 $\delta\iota\delta\alpha\zeta\epsilon\iota$ 5, 20 $\upsilon\mu\omega\nu$ η $\delta\iota\kappa\alpha\iota\omicron\sigma\nu\eta$ 5, 23 $\kappa\alpha\iota$ $\epsilon\kappa\epsilon\iota$ υ , 27. 31. 33. 38. 43. $\epsilon\rho\rho\eta\theta\eta$ 5, 31 om $\alpha\nu\tau\omicron\nu$ 5, 45 $\epsilon\nu$ $\tau\omicron\iota\sigma$ $\omicron\nu\rho$. 6, 6 $\tau\alpha\mu\epsilon\iota\omicron\sigma$ 6, 24 $\delta\nu\sigma\iota$ et $\mu\alpha\mu\omega\nu\alpha$ 6, 27 $\pi\rho\sigma\theta\epsilon\iota\nu\alpha\iota$ 6, 21 ν^s $\pi\epsilon\rho\iota\beta\alpha\lambda\omicron\mu\epsilon\theta\alpha$ 8, 4 $\alpha\lambda\lambda\alpha$ et $\mu\omega\upsilon\sigma\eta\sigma$ 8, 12 $\epsilon\iota\delta\epsilon\nu$ 8, 20 $\kappa\lambda\iota\nu\epsilon\iota$ 9, 9 $\epsilon\iota\delta\epsilon\nu$ 9, 13 $\alpha\lambda\lambda\alpha$ 9, 15 om $\omicron\iota$ et $\delta\epsilon$ 9, 17 om $\alpha\lambda\lambda\alpha$ $\beta\alpha\lambda\lambda\omicron\upsilon\sigma\iota\nu$ usque $\sigma\nu\nu\tau\eta\rho\omicron\nu\nu\tau\alpha\iota$ 9, 23 $\epsilon\lambda\theta\omicron\nu\tau\epsilon$ $\delta\epsilon$ $\alpha\nu\tau\omega$ 9, 36 $\epsilon\rho\iota\mu\mu\epsilon\nu\omicron\iota$ 11, 14 $\eta\lambda\iota\alpha\sigma$ 11, 21 $\chi\omega\rho\alpha\zeta\epsilon\iota\nu$ 11, 23 $\epsilon\omega\sigma$ $\omicron\nu\rho\alpha\nu\omicron\nu$ 12, 29 $\delta\iota\alpha\rho\pi\alpha\sigma\eta$ 12, 32 $\omicron\sigma$ $\epsilon\alpha\nu$ 12, 41 $\nu\iota\nu\epsilon\nu\tau\iota\alpha$ 12, 46 $\epsilon\iota\sigma\tau\eta\kappa\epsilon\iota\sigma\alpha\nu$ 13, 2 $\epsilon\iota\sigma\tau\eta\kappa\epsilon\iota$ 13, 3 $\sigma\pi\epsilon\iota\rho\alpha\iota$ 13, 13 $\sigma\nu\nu\iota\omicron\upsilon\sigma\iota\nu$ 13, 14 om η ante $\lambda\epsilon\gamma\omicron\upsilon\sigma\alpha$, ibidem habet $\alpha\kappa\omicron\upsilon\sigma\eta\tau\epsilon$ et $\beta\lambda\epsilon\psi\eta\tau\epsilon$ 13, 15 $\epsilon\pi\iota\sigma\tau\rho\epsilon\psi\omicron\upsilon\sigma\iota\nu$ 13, 17 $\epsilon\iota\delta\omicron\nu$ 13, 23 $\sigma\nu\nu\iota\omega\nu$ 13, 24 $\sigma\pi\epsilon\iota\rho\alpha\nu\tau\iota$ 13, 28 $\sigma\upsilon\lambda\lambda\epsilon\zeta\omicron\mu\epsilon\nu$ 13, 56 $\tau\alpha\nu\tau$. $\pi\alpha\nu\tau$. 14, 14 $\epsilon\iota\delta\epsilon\nu$ 15, 32 $\nu\eta\sigma\tau\epsilon\iota\sigma$ 15, 39 $\epsilon\nu\epsilon\beta\eta$ 16, 2 et 3 $\nu\rho\alpha\zeta\epsilon\iota$ 16, 4 $\kappa\alpha\tau\alpha\lambda\epsilon\iota\pi\omega\nu$ 16, 12 $\alpha\lambda\lambda\alpha$ 16, 13 $\kappa\alpha\iota\sigma\alpha\rho\epsilon\iota\alpha\sigma$ 17, 3 et 4 $\mu\omega\upsilon\sigma\eta\sigma$ et $\mu\omega\upsilon\sigma\epsilon\iota$ 17, 12 $\alpha\lambda\lambda\alpha$ 18, 5 $\pi\alpha\iota\delta$. $\tau\omicron\iota\omicron\upsilon\tau\omicron$ $\epsilon\nu$ 18, 12 sq $\epsilon\nu\epsilon\alpha$ 18, 30 $\alpha\lambda\lambda\alpha$ 18, 31 $\epsilon\alpha\nu\tau\omega\nu$ 19, 7 et 8 $\mu\omega\upsilon\sigma\eta\sigma$ 19, 9 $\gamma\alpha\mu\eta\tau\eta\nu$ 19, 28 $\kappa\alpha\theta\eta\sigma\epsilon\sigma\theta\epsilon$ 20, 3 $\epsilon\iota\delta\epsilon\nu$ 20, 4 $\kappa\alpha\iota$ $\epsilon\kappa\epsilon\iota\nu\omicron\iota\sigma$ 20, 5 $\epsilon\nu\alpha\tau\eta\nu$ 21, 11 $\nu\alpha\zeta\alpha\rho\epsilon\tau$ 21, 12 $\bar{\omega}$ 21, 17 $\kappa\alpha\tau\alpha\lambda\epsilon\iota\pi\omega\nu$ 21, 23 om $\kappa\alpha\iota$ 22, 9 $\epsilon\alpha\nu$ 22, 11 $\epsilon\iota\delta\epsilon\nu$ 22, 24 $\mu\omega\upsilon\sigma\eta\sigma$ 22, 27 $\epsilon\nu$ $\omicron\lambda\eta$ $\kappa\alpha\rho\delta\iota\alpha$ et $\epsilon\nu$ $\omicron\lambda\eta$ $\psi\upsilon\chi\eta$ 23, 2 $\mu\omega\upsilon\sigma\epsilon\omega\sigma$ 23, 3 $\omicron\sigma\alpha$ $\epsilon\alpha\nu$ 23, 7 $\rho\alpha\beta\beta\iota$ 23, 35 $\epsilon\chi\chi\nu\omicron\nu\omicron\mu\epsilon\nu\omicron$ 23, 36 $\pi\alpha\nu\tau$. $\tau\alpha\nu\tau$. 24, 2 $\tau\alpha\nu\tau$. $\pi\alpha\nu\tau$. 24, 3 $\epsilon\iota\lambda\omicron\nu$ 24, 15 $\beta\delta\epsilon\lambda\lambda\upsilon\gamma\mu\alpha$ 24, 21 $\omicron\nu\delta\epsilon$ $\mu\eta$ 24, 26 $\tau\alpha\mu\epsilon\iota\omicron\iota\sigma$ 24, 32 $\epsilon\kappa\psi\upsilon\eta$ 24, 36 $\kappa\alpha\iota$ $\omega\rho\alpha\sigma$ 24, 49 $\epsilon\sigma\theta\iota\epsilon\iota$ $\delta\epsilon$ $\kappa\alpha\iota$ $\pi\iota\nu\epsilon\iota$ 25, 3 $\lambda\alpha\mu\pi$. $\alpha\nu\tau\omega\nu$ 25, 37. 38. 39. 44 $\epsilon\iota\delta\omicron\mu\epsilon\nu$ 26, 15 $\kappa\alpha\iota$ $\epsilon\gamma\omega$ 26, 25 $\rho\alpha\beta\beta\iota$ 26, 29 $\gamma\epsilon\nu\eta\mu\alpha\tau\omicron\sigma$ 26, 31 $\delta\iota\alpha\sigma\chi\omicron\rho\iota\sigma\theta\eta\sigma\omicron\nu\tau\alpha\iota$ 26, 35 $\alpha\pi\alpha\rho\eta\eta\sigma\omega\mu\alpha\iota$ et $\omicron\mu\omicron\iota\omega\sigma$ $\delta\epsilon$ $\kappa\alpha\iota$ 26, 36 $\pi\rho\sigma\epsilon\nu\zeta\omicron\mu\alpha\iota$ 26, 48 $\epsilon\alpha\nu$ 26, 49 $\rho\alpha\beta\beta\iota$ 26, 58 om $\alpha\pi\omicron$ 26, 71 $\epsilon\iota\delta\epsilon\nu$ 27, 32 $\epsilon\nu\rho\omicron\nu$ 27, 42 $\pi\iota\sigma\tau\epsilon\nu\sigma\omega\mu\epsilon\nu$ 27, 45 sq $\epsilon\nu\alpha\tau$. 27, 46 $\epsilon\gamma\kappa\alpha\tau\epsilon\lambda\iota\pi\epsilon\sigma$ 28, 3 $\epsilon\iota\delta\epsilon\alpha$ 28, 9 $\bar{\omega}$

Mc 1, 3—8: ad h. l. addendus est τ^d . Confirmat 1, 3 $\alpha\nu\tau\omicron\nu$ 1, 4 \omicron $\beta\alpha\lambda\tau\iota\zeta\omega\nu$ 1, 5 $\epsilon\zeta\epsilon\pi\omicron\rho\epsilon\nu\epsilon\tau\omicron$, $\iota\epsilon\rho\sigma\omicron\lambda\omicron\nu\mu\iota\tau\alpha\iota$, $\pi\alpha\nu\tau\epsilon\sigma$ ante $\kappa\alpha\iota$ $\epsilon\rho\alpha\pi\tau$., $\upsilon\pi$ $\alpha\nu\tau\omicron\nu$ ante $\epsilon\nu$ $\tau\omega$ $\iota\omicron\rho\delta$. $\pi\omicron\delta\alpha\mu\omega$ (sic, $\pi\omicron\delta\alpha\mu\omega$) 1, 6 $\kappa\alpha\iota$ $\eta\nu$ \omicron $\iota\omega\alpha\nu\eta\sigma$ et $\epsilon\sigma\theta\iota\omega\nu$ 1, 8 $\epsilon\gamma\omega$ sine $\mu\epsilon\nu$, item $\epsilon\nu$ $\upsilon\delta\alpha\tau\iota$ et $\epsilon\nu$ $\pi\nu\epsilon\nu\mu\alpha\tau\iota$ 1, 6 s \omicron $\iota\omega\alpha\nu\nu$. 1, 8 lin. 7 post unc^s adde al pler 1, 36 s confirmat $\kappa\alpha\tau\epsilon\delta\iota\omega\zeta\epsilon\nu$ 1, 38 v $\epsilon\chi\omicron\mu\epsilon\nu\alpha$. Ibidem s $\kappa\alpha\iota$ $\epsilon\kappa\epsilon\iota$ 1, 42 lin. 9 lege ipsa pri manu 1, 44 s $\alpha\lambda\lambda\alpha$ et $\mu\omega\upsilon\sigma\eta\sigma$ 2, 4. 9. 11. 12 ν^s ubique $\chi\rho\alpha\beta\beta\alpha\tau\omicron\nu$, ν^s $\chi\rho\alpha\beta\beta\alpha\tau\omicron\nu$. Etiam s vv. 9. 11. 12 $\chi\rho\alpha\beta\beta\alpha\tau\omicron\nu$, v. 4 $\chi\rho\alpha\beta\beta\alpha\tau\omicron\nu$, sed correctum $\chi\rho\alpha\beta\beta\alpha\tau\omicron\nu$ (alterum β videtur ex in-

curia intactum mansisse) 2, 9 lin. 13 post emm lege cop pro go
 2, 11 et 12 * *κραβακτον* (ut ante) 2, 12 lin. 2 post unc^o adde al pler
 2, 14 etiam s *λευι* 2, 21 lin. 13 post syr^p (?) adde *απ αυτου το πλη-*
ρωμ. 2, 26 *αβουι* errat 3, 3 v^o *χειραν* 4, 8 et 20 etiam s ter *εν*
 4, 12 s *ακουσωσιν* 4, 27 v *μηκυνηται, s εγειρεται et μηκυνεται* 4, 33
εδυνατο, item 5, 3 *εδυνατο* 5, 1 lin. 8 adde *κ^o* ante *λυα* 5, 4
 etiam s *απ* pro *υπ* 5, 15 v non *λεγιωνα* sed *λεγειωνα* 5, 16 s *διη-*
γησ. δε 5, 23 lin. 17 post unc^o adde al pler 5, 34 lin. 2 scribe
 (: ut s Mt) 5, 40 etiam s *παντας* 6, 5 lin. 1 lege v^oc pro v^o*; ibi-
 dem v^o pro v^o. Etiam s *εδυν.* 6, 13 s *εξεβαλον* 6, 14 etiam s add
την ακοην υ 6, 23 s *εωσ ημισεωσ* 6, 31 s *αναπαυσασθε et ηκαυρ.*
 7, 3 etiam w^d *νιψονται* 7, 8 w^d confirmat *βαπτισμουσ* etc 7, 9
αβουι errat 7, 10 s *μωυσησ* 7, 25 lin. 1 lege 33 pro 83 8, 22
 lin. 4 post *αβλ* dele *κ* 8, 23 lin. 12 dele „Scriv. non indicat cor-
 rectionem“, revera enim indicat 8, 27 *καισαριασ* (etiam Mt 16,
 13) eadem auctoritate utitur qua similes formae quas recepimus
 8, 29 lin. 6 post *γν* adde unc^o rell 9, 7 w^d *μου ο αγαπητ. ον εξελε-*
ξαμην, ακουετε αυτου 9, 8 etiam w^d *ευθεωσ*. Ibidem w^d *ει μη*
ιησουν μονον, omissis *μεθ αυτων* 9, 12 lin. 15 sqq scribe sic:
εξουθε- cum *κλν* 69, contra s *Ln εξουθε-* cum *αβσδχ* unc^o al pler.
 Item *-γωθη* cum *κασχγαν* unc^o al pler, contra *Ln -γηθη* cum *βδλν*
 2^o 9, 16 lin. 2 ante cum adde *τους γραμματεισ*. Ibidem lin. 5
 lege *προσ αυτουσ* (pro *αυτ.*) 9, 18 lin. 5 lege unc^o rell 9, 26 lin. 5
 post unc^o adde al omn^ovid 9, 38 lin. ultim. lege *ουκ* pro *αυκ* 9, 42
 lin. 4 post syr^{sch} adde *τουτ. των μικρ.* 9, 43 lin. 8 lege s *Ti εισ τ.*
ζω. εισελθ. 9, 49 lin. 10 post unc^o adde al pler 10, 29 lin. 3 ab
 imo post *αν* adde unc^o rell 10, 52 lin. 6 lege *ηκολουθησεν* 15, 35
 lin. 7 *ηλειαν* etiam *ρ* 16, 9—20 agnoscit etiam syr^{hr} 406. Pag. 407
 lin. 16 scribe allusisse.

Lc 1, 62 lin. 4 dele *αυτον* 2, 12 lin. 7 pro „s add“ lege s (= Gb
 Sz) praem 2, 52 lin. 11 post et^{hr} adde *ηλικ. και σοφ.* 3, 20 lin. 5
 post *φυλακη* adde ... s *Ln Ti και κατεκλει.* cum *κ^oACL* etc, ut iam
 pag⁴⁰⁶ indicatum est 3, 23 *του ιωσηφ* confirmat etiam Respo^rthod^o
 (ap Iust s, 2. 90) 4, 25 lin. 9 lege *-λιασ* pro *-λειασ* 5, 21 lin. 6 ante
 cop adde *vg* 6, 28 lin. 14 lege Tert^omarc 4, 16 6, 34 lin. 3 ad *δανει-*
 adde *ε^o* et scribe „semel et. ε^oz“ 6, 37 lin. 3 dele *λ* 7, 32 lin. 2 ab imo
 dele *vg*, et lin. 4 post *g^{1. 2.}* l adde *vg* 8, 54 lin. 4 post e ll. pp. adde:
 cum *αβρδσγαν* unc^o al pler f q em sah cop (et. cop om *εξω*) syr^{utr}
 et^{hr} arm go 9, 23 lin. 6 scribe (Schu 9, 35 dele „*ρ μου ο υιοσ*“,
 confirmat ille enim *ο υ. μου* 9, 57 lin 2 dele *δ* ante *γδαν* 10, 15
 lin. 11 lege *αβ^z* pro *αβ^z* 10, 27 lin. 6 lege *λx* pro *αx* 14, 28 lin. 4
 ab imo dele *π* post *γδλ* 14, 31 lin. 3 ab imo ante *δrx* adde *αλ* 17, 4
 lin. 6 ab imo pro *γδλ* scribe *γαν* 17, 30 lin. 5 pro ab scribe ad 18, 16
 lin. 4 pro unc^o scribe unc^o 18, 25 lin. 3 ab imo ad *δελθειν* adde

ita Ln 18, 27 lin. 5 post ΓΔΠ adde unc^o 19, 2 lin. 3 ab imo pro και ουτος scribe και αυτος 19, 42 lin. 8 pro (Α) scribe (ΑΔ) 20, 3 lin. 2 ab imo ad prorsus omi ενα adde λογον 21, 23 lin. 2 scribe ΓΔΠ 22, 43. 44 lin. 3 r obelos non habet, quod spectat etiam ad p. 695 lin. 16 (17) 23, 44 lin. 5 pro κας^o scribe κας^a.

Io h 1, 18 pag. 746 lin. 11 al imo ante Ιριαι adde θεος (Τιμαρος), item 1, 25 lin. 4 post ουτε adde cum 2, 8 lin. 3 pro unc^o scribe unc^a 2, 11 lin. 2. pro ΑΧΓ scribe ΚΧΓ 4, 7 lin. 5 lege unc^o 4, 9—13 w^o ubique cum ε facit exceptis his: v. 9 confirmat λεγει sine copula, item σαμαριτισ, σαμαριτιδος, σαμαριταις, et v. 13 confirmat ε̄ | 4, 40 lin. 6 dele Α ante BC 4, 51 lin. 9 ante ανηγγ. adde και 5, 14 lin. 4 ante al plu adde unc rell 5, 35 B αγαλλιαθηναι 6, 23 in textu repone ευχαριστήσαντος 7, 4 lin. 7 scribe κδστ² 7, 6 lin. 1 dele * post δστ pag. 832 pro ε ε ε repone D D D 8, 57. etiam B* εορακ. 10, 3 lin. 5 scribe ΓΔΠ 13, 11 lin. 3 lege ε om cum 15, 8 lin. 2 lege ΓΔΠ pro ΓΔΔ 16, 7 lin. 3 lege Gb +

Paginae 1—2, 15—16 fasciculi primi nonnullis locis perperam exscriptis (Mt 1, 2 φαρεις pro 'Ιουδαιν) iam tum quum fasciculus tertius foras dabatur duobus foliis emendatis compensatae sunt. Quae res propterea h. l. indicanda erat quod folia emendata non ad omnes pervenisse videntur.

Ceterum pergratum mihi fecerit si quis quod vitiose typis exscriptum viderit indicare voluerit.¹

¹ Utor hac occasione ad indicanda duo vitia in ed. mea epistulae Clementis Romani. Pro διακοριαν Append. codd. celeberr. 41, 2, 25 scribendum erat διανοιαν, et 43, 2, 7 consulta rursus imagine photographica τας τε pro τας δε legendum videtur. Praeterea pag. XIV, 1. dele quod de απαρτων et παντων dictum est. Contra epist. II, 6 revera codex παρτες pro eo quod edi consuevit απαρτες praebet.

NOTANTUR INTERIM

QUAE AD SIGNA APPARATUS CRITICI IN EVANGELIIS
INTELLEGENDA INPRIMIS NECESSARIA VIDENTUR.

- | | |
|--|---|
| <p> * cod. Sinait. Petrop. saec. IV med.
 A cod. Alex. Lond. saec. V.
 B cod. Vatic. Rom. saec. IV.
 C cod. Ephraemi palimps. Par. V.
 D cod. Bezae Cantabr. VI.
 E cod. Basil. VIII.
 F cod. Boreeli Rheno-Traject. IX.
 F^a margo Octateuchi Coisl. VII.
 G cod. Seidelii Lond. IX—X.
 H cod. Seidelii Hamb. IX—X:
